

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

18. De benedictionibus candelarum, Processione, Festo Purificationis, &
quinque coloribus, quos Ecclesia tum in Festis ac Dominicis, tūm in Feriis
per annum adhibet.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

Solidae devotionis exercitia.

115

florum dicuntur eorum natalitia; quia tunc hinc emigrantes natū sunt cælo. Illa ex Apostolica traditione manant. Primum festum S. Stephano dicatum fuit. Missæ sunt peculiares tempore Paschali de Communi Martyrum, quia teste S. Ambros. magis confortes fuerunt Dominicæ Passionis. Confessores antiquitùs vocabaneur illi, qui interpellati Christi fidem coram fidei hostibus confessi erant, etiam ideo tormentis subjecti, non tamen enecati. Nunc latius id nomen sumitur pro viris moribus & vita sancta confessis Christum. Porro Confessorum ejusmodi festa teste Bellarm. constituta sunt Anno 813. in Concil. Moguntino. Instituta sunt autem festa teste S. Aug. ad excitandam imitationem Sanctorum; & ut meritis eorum consociemur, atque orationibus adjuvemur. Octave Sanctorum sunt ad protoganda eorum festa, & ut celebriora sint, ac compensentur ea per & in Octava, quæ in ipsis festis negliguntur.

18. De benedictionibus candelarum, Processione, Feste Purificationis, & quinque coloribus; quos Ecclesia tum in Festis ac Dominicis, tum in Feriis per annum adhibet.

Purificatio B. M. V. dicta olim est Festum Si-
meonis & Annae, Presentationis, Occursus
latine, & à Gracis Hypante vel Hypapanthe, quod
idem est ac obviatio vel occursus. Cœpta est
coli Constantinopoli sub Justiniano Imperatore.
Juxta quosdam Romana Ecclesia recepit Anno

542.

¶ 42. juxta alios jam tum inchoatum est festum hoc Romæ Anno 496. sub Gelasio, qui abstulit lupercalia. Imò adhuc priùs teste Lectionario S. Hieron. Sergius Papa addidit Litanias seu Processionem cum cereis benedictis. Alii id S. Eligio tribuunt. Beda in lib. de tempore afferens cærimoniam hujus causam dicit vice lustrationis, quæ in secundo mense Plutoni siebat, accendi cereos, quasi lucentes bonorum operum lampades, ut obviam Christo hodie in templo præsentato cum virginibus eamus.

Diversos colores, quos Ecclesia tūm in Festis tūm in Dominicis adhibet in casulis antipendiis, quod atinet. Sciendum ex Gav. Tit. 18. p. 1. quod *albus color* significet gloriam, gaudium & innocentiam. Hinc adhibetur in Paschate, Nativitate Domini, Epiphaniâ, Feriâ V. Cœnæ Domini, Festo SS. Trinitatis, Corporis Christi, Festis B. V. Angelorum, Confessorum, sanctorum Virginum, Consecratione & Dedicatione Ecclesiæ.

Rubens color significat dignitatis gradum excellentiorem, & quia humano sanguini similis ignem refert naturam. Hinc adhibetur à Vigilia Pentecostes usque ad Sabbathum sequens. Festo S. Crucis, SS. Martyrum &c.

Viridis color medius est inter hos colores, & ideo teste Innocentio Tertio adhibetur ab Oct. Epiph. ad Septuages. & ab Oct. Pentecostes ad Adventum in officio de tempore. Quia feriales dies non sunt lugubres, & Dominicæ in his temporibus minùs solennes.

Violat.

Solidae devotionis exercitia. 117

Violaceus color designat lugubre tempus,
hinc in Adventu & Septuagesima usque ad Pa-
scha eò utitur Ecclesia. Tempore Innoc. III.
niger adhibebatur.

Niger color mortis est proprius color, & hinc
Ecclesia modo eo utitur die Veneris S. & in Mis-
sis Defunctorum.

CAPUT QUARTUM.

De horis Canoniceis in quatuor Paragraphos & 33.
numeros distinctum.

In quo adferuntur illa, quæ & meritò ab obli-
gato ad horas dicendas sciri debent, & ad ma-
jorem devotionem excitant omissis iis, quæ vel
ad Theologiam Moralem spectant, vel in ru-
bricis generalibus Breviarii continentur
tanquam regulæ pro orando officio.

§. I^{mus}.

Breviarium ejusque Appendices.
Officium Canonicum ejusque divisio & partes
in genere.

I. *Vocabuli Breviarium explicatio, ejusque in*
genere contenta.

*B*reviarium (olim etiam Precationum Liber
& Orarium dictum) significat ex Tomo 2.
Concil. indicem & titulum cuiusdam operis.
Ex